Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quod dederim ei filiam meam
Et quesiuit eum me occidere et
intimauit eum uxori quod con
cupierat regnum eius. Et abs
tulit ei filiam suam et dedit eam
demetrio et alienauit se ab alex
andro et manifestate sunt inimi
cie eius. Et intrauit ptolomeus
antyochiam et imposuit duo dy
ademata capiti suo. esypti et asye
alexander autem rex erat in cilicia
illis temporibus quia rebellabant
ei qui erant in locis illis. Et au
diuit alexander rex et uenit ad
eum in bello. Et produxit pto
lomeus rex exercitum et occur
rit ei in manu ualida et fugauit
eum. Et fugit alexander rex
in arabiam ut ibi protegetur
Rex autem ptolomeus exaltatus
est et abstulit saddiel arabs ca
put alexandri et misit ptolomeo
tunc rex ptolomeus mortuus
est in die tertia. Et qui erant
in munitionibus pierunt abhis
qui erant intra castra. Et regnauit demetrius anno c lx vii
in diebus illis. XL
congregauit ionathas eos qui
erant in iudea ut expugnaret
arcem que est in iherusalem et fece
runt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam qui
oderant gentem suam uniuersi
ad regem demetrium et renuntiauerunt ei quod ionathas obsidet
arcem. Et ut audiuit iratus
est et statim uenit ptolomaida

et scripsit ionathe ne obsideret arcem
sed et occurreret ei ad colloquium festinato. Vt audiuit autem ionathas
iussit obsidere arcem et electos
de senioribus israel et de sacerdotibus
et dedit se periculo et accepit aurum
et argentum et uestes. et alia exenia multa et abiit ad regem ptolomeum
in maidam et inuenit gratiam in conspectu eius et interpellabant aduersus eum quidam iniqui
ex gente sua. et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante ipsum fuerant et
exaltauit eum in conspectu omnium
amicorum eius. et statuit ei principatum sacerdotii et quecumque alia
habuit prius precosta. et fecit eum
principem amicorum. Et postulauit ionathas a rege ut immunem
faceret iudeam et toparchias et samariam et promisit ei talenta. Et
Et consensit rex et scripsit ionathe
epistolas de his omnibus huiusmodi
Rex demetrius XLI
ionathe fratri salutem et
genti iudeorum. Exemplum epistole quam scripsimus pa
renti nostro de uobis misimus
ad uos ut sciatis. Rex demetrius
iaddai patri salutem. Gente
iudeorum amicis nostris et con
seruantibus que iusta sunt erga
nos. Decreuimus benefacere pro
benuolentia ipsorum quam erga
nos habent. Statuimus ergo il
lis omnes fines iudee. et tres ci
uitates. lidda. et ramathe. que
addite sunt iudee et samariam

machabeor. 2